Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dextre. hostem uicisti prospere. iam celi regno fru
ere. Ostende patri uulnera. passus in ualle
misera. ut nos trahat ad ethera. quos im
pedit gens effera. Sequar quocunque ie
ris michi tolli non poteris. cum meum cor
abstuleris. iesu laus nostri generis. ad complet.
Portas uestras attollite. celi ciues recurrite.
triumphatori dicite. Salue iesu rex in
clite. Rex uirtutum rex glorie. rex insignis
uictorie. iesu largitor gratie. honor celestis curie.
Te celi chorus predicat. et tuas laudes replicat. iesus orbem
letificat. et nos deo pacificat. In pace iesus
imperat. que sensum omnem superat. hunc mens
semper desiderat. et eo frui properat. Iesus ad
patrem rediit regnum celeste subiit. cor
meum a me transiit post iesum simul abiit.
Iam prosequamur laudibus. iesum ymnis et pre
cibus. ut nos donet celestibus. frui cum celi ciuibus.
Gloria tibi domine. qui natus es de uirgine. ant.
Veni domine uisitare nos in pace. ut letemur co
ram te corde perfecto. Capitulum Gracia domini nostri
iesu xpi et caritas dei et communicatio sancti
spiritus sit semper cum omnibus nobis. amen. Deo